



**L**Aurentius patria Sleidanus, atq; Ioannis Stur-  
 mij uiri doctissimi consobrinus fuit. Is à tene-  
 ris annis linguarum studio incubuuit, atq; Græcas  
 & Latinas literas sibi familiares reddidit. Inde ani-  
 mum ad Iuris studia conuertit, & in ijs adeò pro-  
 gressus est, ut Legum Doctor omnium consensu  
 crearetur. Itaq; factum ut in gymnasio Coloniensi  
 Græcæ linguæ professor constitutus fuerit. In eo  
 uitę genere Laurentius magna dexteritate pergit,  
 & iuentutem suæ fidei commissam feliciter insti-  
 tuit. quin etiam quædam ex Græco in Latinum ser-  
 monem transtulit, atq; hoc pacto omnibus Belgis  
 innotuit. Is etiamnum superest, & suæ professioni  
 diligenter incumbens Coloniae obseruatur & diligitur. Anon.